



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Iacobus Spinosa n. 22

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*Iesuitarum causa cōequior, quō ab Hæreticis impunita. Declarina ad ignorantia remedium nulla præstantior Societatis.*

21. A BORBONIO, *In Tolosani Collegij causa, quæ multum habuit dimicationum, ita fauente, ut Hæreticorum quemdam in Senatu ipso coram Rege, ac Parente grauissimis castigari verbis: adiutio- ciens, Inde constare Iesuitarum causæ æquitatem, quod eam Hæretici impugnarent. Ita ille Par. 3. Hist. Soc. lib. 2. nū. 64.*

*Et Collegia Ciuitatum decus.*

22. A IACOBO SPINOSA Seguntino etiam Episcopo, qui iam dudum cognitam inter exercitationes spiritus Compluti Societatem benigne complexus, cum Ecclesiam suam monitu summi Pontificis (ut Episcopos ille omnes monebat) diligenter visitisset, latiusque opinione dominari rerum bonarum inscitiam, & scientiam malarum, actionesque comperisset; habito de remedij viâ consilio, cum assensu Canonicorum, & Cleri decreuerat, Nullam præsentiorem offerri, quam Societatis doctrinam. Quod cum stetisset non rogatu modo, sed modesto prope imperio confessum voluit antecursores mitti, nostris utens ad lustrandam suam Diœcesim. Ita Ibid. lib. 5. n. 200.

*Se ac suam purpuram in Societas commo- dum offert Rufo- calda.*

23. A BEVILACQVA, etiam Legato Apostolico Perusino, cuius amor in Societatem prope singularis: de qua is ita sentiebat magnifice, atque ita honorifice, cum priuatim, tum publicè loquebatur, ut dici vix queat. Ergo cum de illa, ut fit, sermo incidebat, libere profitebatur, Collegia nostra ubicumque essent, decus esse Ciuitatum. Sic in liter. Annal. Soc. ann. 1600. fol. 32.

*Gerardus Card. So- ciorum ad- spectu quasi Angelorum latabatur.*

24. A RUPERFOCALDA, Qui, cum purpuram recens à summo Pontifice ipsis meritis delatam nostri Scholastici Oratiuncula, triplique dramate gratularentur, illas Scholasticorum recitationes conclusit ipse eleganti clausula, verbisque grauissimis in nobili confessu significauit, Si quid hac dignitatis accessione sibi accederet facultatis, id omne ad Societatis nostræ commoda collocatum. Ita in Annal. Soc. ann. 1607. fol. 597.

*tislite, & de Purpuratorum Patrum Senatu. Is Belgas Patres Lo-*

25. A GERARDO GROSBEQVIO Eburonum etiam An-

*uanio in ditionem suam inuitare solitus, adeo præsentium latabatur*

*adspicere, quasi non Homines, sed Hominum Tutelares An-*

*gelos accepisset. Tum demum ponebat curas, quas pro religionis in-*

*columitate maximas gerebat, satis ei consultum arbitratus quandiu*

*adesset*